Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dicata sancta. et intercedente beato Saturnino martire tuo per eadem nos placatus intende. ℣. Co
Sanctificet nos domine quesumus tui perceptio sacramenti. et intercessione sanctorum tuorum tibi reddat acceptos. ℣.
Quesumus omnipotens In nug. Andre
deus ut beatus andreas tuum nobis impetret auxilium. ut a nostris reatibus absoluti. a cuncti etiam periculis eruamur. ℣.
Sacrandum tibi Se
domine munus offerimus. quo beati andree sollempnia recolentes purificationem quoque nostris mentibus imploramus. ℣. Co
Perceptis domine sacramentis supplicitter exoramus. ut intercedente beato andrea apostolo tuo. que pro illius veneranda geri
mus passione nobis proficiant ad medelam. ℣.
Maiestatem tuam domine sup In die sco
plicitter exoramus ut sicut ecclesie tue beatus andreas apostolus extitit predicator et rector ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. ℣. Se
Sacrificium nostrum tibi domine quesumus beati andree martyris sancta concilietur. ut cui honore sollempnitatis exhibetur. meritis efficiatur acceptum. ℣.
Sumpsimus domine Co
diuina mysteria beati andree festiuitate letantes. que sicut sancta tua ad gloriam ita nobis adueniant ad profectum. ℣. In
Concede vi. uni. apli
nobis quesumus omnipotens ut beatorum apostolorum tuorum sollempnitatem congruo pre